

Modi Acqui-
rendi Natura-
les sunt. 1.
Occupatio.
pag. 495.
2. Accessio.
3. Traditio.
Accessio est
vel

Naturalis. v. pag. prac.

Opera hominum perficitur.

Artifi-
cialis,
qua

Contin-
git

1. Speci-
ficatio-
ne,

Qua nova Species fit ex materia aliena ad pristinam ruditatem non red-
cibili, (tum enim potentior est forma quam materia) vel ex materia
partim specificatoris, partim aliena, (ob concurrentem operam &
materiam propriam partem) §. 25. I. d. R. D. e. g. Si Cajus ex Titii Tabu-
lis navem fabricet, vel ex Sua & Titii Lana vestimentum faciat. *Quod*
referendus non est Speciei saltem detector, veluti qui spicis alienis fru-
mentum excutit. l. 7. §. 7. ff. h. neque novae speciei formator ex di-
versorum Dominorum consentientium materia, tum enim species
communis redditur. l. 7. §. 8. ff. h.

Ubi cum
Species
facta
est

M. F. Specificator Actione ad exhibendum conveniri potest,
utili rei vindicatione ob dolum. l. 9. §. 3. l. 12. §. 3. ff. ad
exhib. j. l. 131. ff. d. R. 7. item conditione furtiva, nec non
actione furti. l. 52. §. 14. ff. d. furt.

B. F. Quondam Domino materiae Speciem Possidenti datur Ex-
ceptio doli generalis. Non Possidenti Actio in factum ad con-
sequendam materiae aestimationem. l. 23. §. 4. 5. ff. d. R. V.
Quod ad Similes Accessionum Casus applicari potest, quoties
quis dominium vel operam sine culpa sua amittit: possi-
denti enim, qui scripsit in charta aliena, conceditur gene-
ralis doli exceptio ad hoc ut alter aestimationem operae (ut
scripturae) solvat. §. 33. I. d. R. D. non possidenti chartam
actio in factum ad aestimationem consequendam. l. 23. §. 4.
5. ff. d. R. V. j. l. 3. §. 14. ff. ad exhib.

2. Ad-
jun-
ctio-
ne

Qua rei nostrae augendae, ornandae vel reficiendae aliena jungitur manen-
te eadem specie: ut puta si Purpura aliena, licet pretiosior, vestimento
nostro intexatur. §. 26. I. d. R. D. j. L. 19. §. 13. ff. d. aur. & arg. leg. aut
Gemma aliena auro nostro includatur. l. 6. ff. ad exhib.

Cui

Accen-
seri
potest

Ferruminatio, (saepè dicitur die Anschweissung) qua metal-
la ejusdem generis sine interventu alterius materiae in-
ter se consolidantur. e. g. cum Statuae argenteae bra-
chium jungitur. Atque hoc ne separatam quidem vin-
dicare, sed actionem in factum instituire licet, ne, qui il-
lud junxit, cum nostro detrimento fiat locupletior. l. 23.
§. 5. ff. j. l. 52. ff. d. R. V. id quod etiam hodie observari
expedit, ut actor perperam petitum formans exceptione
inepti libelli non repellatur.

Applumbatura (saepè appellatur die Pöthung) qua metalla
ejusdem aut diversi generis interventu diversae materiae
conjunguntur: ut si vasi feneo argenteum jungatur
operculum. Quo casu rem separatam vindicare, non se-
paratae nomine actione ad exhibendum experiri, licet, ut
separetur & postea vindicetur. l. 23. §. 5. ff. d. R. V.

Affinis
est

Confusio, qua res aliena liquida vel liquefacta & cum nostra
confusa corpus commune constituit, sive confusio unius
voluntate, sive casu contigerit. §. 27. I. d. R. D. *Quate-
nus hodie Aurifabri vi Aquae Chrysulca (des Scheidewas-
fers) metalla separare queunt non inducitur haec commu-
nio*, sed metalla separanda sunt. l. 12. §. 1. ff. h. l. 5. §. 1.
ff. d. R. V. dummodo separatio sine interitu alterius mo-
talli fieri queat, hoc enim si fieri nequeat communioni
ex confusione descendenti locus est. Hillig. ad Don. l. 4.
c. 31. lit. c.

3. Inadificatione. v.
pag. seq. 4. Scri-
ptum. v. pag. 503.

Commixtio. v. pag. seq.

Mixta. v. pag. 504.

M m m m m m